Estado de Orani.

S.I. 266-16

Mur, y Alvi.

Leg. 2 N.2

Fha: 28 de Oct. de 1511.

Compromis,

si quiere, ratificar, y confirmacion del compromiso hecho entre Dn. Serafin de Centellas, alias nombrado Raymundo de Riusech, Conde de Oliba, Señor delas Villas de Nulez, y otras en el Reyno de Valencia: y Dn. Pedro Maza Carroz de Arborea, Sor. delas Villas de Mogent, Novelda, y lugares dela Muela, chinosa, Monovar, y Baronia de Lugent, en el mismo Reyno de Valena; con da. Juana de Cardona Viuda de Dn. Hugo de Cardona, y de Anglerola, Sor. delas Baronias de Belpuch, y de Anglerola, usufructuaria de los lugares de Liñola, y Fatarava, y da. Juana de Cardona su hija delos dhos conyuges, y heredera delos bienes de dho su Padre; sobre los pleytos, y diferencias, qe. pendiran entre los dichos, y las dhas Sras. de Cardona, en razon dela Baronia de Alvi, Diocesis de Tarragona, y por

otras Varones, q. se expresan en el proceso actuado entre los dhos, y el dho difunto Dn. Ugo de Cardona; el qual compromiso, firmado por los Procuradores, lo confirmaron, y ratifican dhos sus principales, y lo por dhos prores hecho, y les otorgaron nuevo poder para dho efecto. Ha en Valencia a 28 de Dre. de 1511: ante Pedro Avellana, Not. pp.co de la misma Ciud.

3

N. 1789

Rattificacion

266-23

Leg. 2. N. 2

y confirmacion de compromisso hecho entre los procuradores de don Serafin de Centelles al. llamado Raymundo de Rucsecs conde de Oliva y don Pedro Maça Carroz de Arborea señor de las villas de Moyxent &c. de una parte y de la otra doña Juana de Cardona viuda del q.º don Hugo de Cardona, y doña Juana su hija y heredera, sobre el pleyto y differencia de la Varonía de Alba, de la diocesi de Tarragona, y procura de nuevo que hazen rattifficando a los dichos procuradores.

1511

GOBIERNO DE ARAGON

Pateat cunctis evidenter Quod nos Seraphinus de Centelles alio nomine nominatus Raymundus de Riusech Comes Olive dominusque Ville de Nulles et aliarum villarum et locorum in Regno Valentie sitorum Et Petrus
Maça Carroç de Arborea miles et nobilis dominus villarum de Moxent et de Novelda ac locorum de la Mola Chinosa et Monnover nec non baronie et honoris de Luxent in Regno Valentie site Civitatis Valentie domiciliati et [illegible] Scientes attendentes et considerantes vos
magnificos Vincentium Sanctmanat et Miquaelem Setanti dictum iuniorem domicellos in Civitate Barcinone domiciliatos ut et tanquam procuratores nostros fecisse et firmasse quoddam publicum compromissi instrumentum In posse honor et discreti Hieronimi Pasquasii notarii publici
predicte Civitatis Barcinone sub certo kalendario Cum nobilibus dompna Joana de Cardona relicta multum nobilis Hugonis de Cardona et de Anglasola domini baroniarum de Bellpuig et de Angularia et Locorum de Linyola et de Vrafana usufructuaria et dompna Joana de
Cardona dictorum nobilium coniugum filia herede universali bonorum omnium et iurium que quondam fuerunt prefati nobilis viri et patris sui nunc et super causis questionibus et controversiis que vertuntur tractantur ducuntur seu ventillantur inter nos ex una et prefatas dompnas
Joanam de Cardona matrem et Joanam de Cardona filiam nominibus quibus supra ratione causa et occasione baronie del Albi diocesis Terraconensis ac causis et rationibus deductis contentis et specifficatis In processibus factis et actitatis inter dictum nobilem Hugonem de Car-
dona virum et patrem ipsarum nobilium ex una et nos parte ex altera tam in Regia Audiencia quam in aliis quibusvis Curiis et coram quibuscumque officialibus tam ecclesiasticis quam secularibus. In [illegible] magnificos viros duos Miquaelem Espital militem et Romeum Ollers
utriusque iuris doctores dicte Civitatis barcinone cives tanquam in arbitros arbitratores laudatores et amicabiles compositores per vos ut procuratores nostros et predictas nobiles communiter et concorditer electos et nominatos Et quia dictum compromissum fecistis et firmastis de
expressis consensu beneplacito et voluntate nostris Propterea scienter et gratis tenore presentis publici instrumenti ubique firmiter et perpetuo valituri et in aliquo non violandi seu revocandi ratifficando tamen et confirmando primittus et ante omnia omnia et singula per vos
ut procuratores nostros facta concessa firmata promissa et stipulata cum dicto compromissi instrumento et omnia et singula in eodem instrumento contenta deducta et especifficata Et quicquid per vos dictos magnificos procuratores nostros huiusque actum dictum factum firmatum promissum
et stipulatum fuit et est nunc de novo facimus constituimus creamus et solempniter ordinamus procuratores nostros certos et speciales et ad infrascripta penitus generales Itaque specialitas generalitati non deroget nec econtra vos iamdictos magnificos Vincentium Sanctmanat
et Miquaelem Setanti iuniorem licet absentes tanquam presentes et utrumque vestrum insolidum Itaque conditio primi occupantis potior non existat sed id quod per unum vestrum inceptum fuerit per alium vestrum valeat prosequi mediari et finiri videlicet ad compromittendum
compromissum quod validum atque firmum nomine nostro et pro nobis faciendum concedendum et firmandum super dictis causis questionibus petitionibus demandis et controversiis que ut predicitur tractantur deducuntur et ventillantur inter nos ex una et predictas nobiles
dompnas Joanam de Cardona matrem et Joanam de Cardona filiam nominibus quibus supra parte ex altera ratione causa et occasione dicte baronie del Albi et aliarum quarumcumque rationum occasionum et causarum tam communium quam divisim in preno-
minatos magnificos Miquaelem Espital militem et Romeum Ollers utriusque iuris doctores tanquam in arbitros arbitratores laudatores et amicabiles compositores tam per viam iuris et iustitie quam amicabilis compositionis prout vobis videbitur faciendum ad illud
tempus vel tempora iam in dicto compromisso contenta vel alia vobis bene visa. Iuramentum vel iuramenta quecumque in animam nostram faciendum et prestandum prout nos serie cum presenti facimus et prestamus ad dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manibus nostris
dexteris sponte et corporaliter tacta virtute cuius vos dicti procuratores nostri possitis promittere nomine nostro et pro nobis quod non impetrabimus aut impetrari faciemus directe vel indirecte nec impetrata seu impetranda quomodo utemur aut uti possemus aut ostendemus pre-
vilegium aliquod rescriptum a domino nostro Rege seu ab aliqua alia persona potenti ecclesiastica vel seculari quavis iurisdictione fungente pretextu cuius seu quorum possemus dictum compromissum seu omnia ea in eodem contenta elongare seu modo aliquo differre etiam
si proprio motu talia facta vel mandata fuerint nobis nescientibus vel ignorantibus quibus omnibus renunciare possitis sicut nos de presenti renunciamus sub illa pena iam in dicto compromisso per vos firmato contenta vel aliis pena vel penis vobis bene visis cum
clausulis executoria et fori submissione et variatione iudicii et peroduarum Et etiam nomine nostro et pro nobis possitis et valeatis renunciare arbitrio boni viri et foro legi constitutioni ordinationi privilegiis dicentibus arbitrio boni viri renunciari non posse et
cuicumque naturali equitati doli et fraudi ac exceptioni disponentibus quod infra quinque dies post arbitrii pronuntiationem ad arbitrium boni viri reduci non posse et cuicumque nullitati exceptioni quarumcumque implorationi officii et iudicis et omni alii iuri premissis ad-
versanti seu obviandi et iudicenti generalem renuntiationem non valere sinam seu sinas pronuntiationes et amicabiles compositiones et determinationes virtute dicti compromissi per vos iam firmati seu firmandi pronunciatas audiendum laudandum
et emologandum et ex adverso emologari et laudari instandum et requirendum ac fieri faciendum Et de dicto compromisso instrumentum publicum bene roboratum et vallatum faciendum fieri faciendum concedendum et firmandum cum omnibus illis clausulis cautelis
penis iuramentis renuntiationibus executoriis fori submissionibus pactis et aliis ad predicta necessariis et opportunis et similibus poni assuetis et cum prefatis nobilibus vos poteritis concordare et convenire et seu cum omnibus et singulis clausulis contentis
deductis et specifficatis in predicto compromisso per vos firmato Denuum ac generaliter omnia alia et singula faciendum et libere exercendum in et super premissis et circa ea et quecumque ad ea necessaria fuerint utilia et opportuna et que nos facere possemus per-
sonaliter si adessemus etiam si talia forent maiora vel graviora superius expressatis et que de iure vel de facto practica consuetudine vel stillo mandatum exhigerent magis speciale et sine quibus predicta omnia et singula adimplere nequirent vires et voces nostras
super omnibus et singulis supradictis cum incidentibus dependentibus vel emergentibus ex eisdem ac eis annexis cum plenissima facultate et potestate vobis dictis magnificis procuratoribus nostris conferimus serie cum presenti Promittentes vobis et omne
id et quicquid per vos iam dictos procuratores nostros seu alterum vestrorum in et super premissis et eorum singulis procuratum actum promissum pactatum et conventum sive gestum et firmatum fuerit ratum gratum validum atque firmum semper habere
perpetuoque tenere et observare et in nullo contrafacere vel venire aliqua ratione sive causa sub bonorum et iurium nostrorum omnium obligatione et ypotheca Quod est actum Valentie die vicessima octava octobris Anno a nativitate domini Millessimo quingen-
tessimo undecimo Sig+num Seraphini de Centelles et Petri Maça predictorum qui hec laudamus concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt quo ad firmam dicti nobilis Petri Maça honor Jacobus Alfonso mercator et Petrus [illegible] pescator Civitatis Valentie habitatores Et firme dicti Spectabilis Seraphini de Centelles Comitis de Oliva qui die tricessimo
eorundem mensis et anni firmavit sunt vener. Miquael Falco presbiter diocesis Valentie et Gabriel Muntanyola mercator Civitatis Valentie habitatores.

Sig+num mei Petri Auella auctoritate Regia notarii publici Civitatis et Regni Valentie qui predictis una cum prenominatis testibus interfui et Recepi [illegible] per alium scribi feci et
clausi loco die et anno prefixis: Cum raso et subrigulato in linea [illegible] magnificos/ et Cum [illegible] in linea [illegible] nomine nostro [illegible]
potestatis [illegible] nostris.

GOBIERNO DE ARAGON